



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Ignativs inter Beatos Sanctrosqué publicè relatus. Cap. XI.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

uam, quem eundem & Tridentino Concilio Theologum miserat. Nam hic IGNATIVM variè, nunc *sanctitatis exemplum*, nunc *virum illustrem, admirabilem, orbis huic nostro singulari beneficio concessum* exclamat.

83. Hanc publicam famam non leuiter auxerunt hæretici, aut si quos alios suus in virtutem armauit furor. Qui, quòd IGNATIVM soli omnium pessimè oderunt, nihil aliud proficiunt, quàm vt alij MAGNVM in primis VIRVM, & ipsorum dissimillimum fuisse cogitemus. Officere ipsius nomini grauissimè poterant, si laudassent: nunc argumentum boni est, MALIS DISPLICVISSE.

IGNATIVS *in Sanctos relatus.*

CAP. XI.

84. CETERVM hæc de IGNATII virtutibus miraculisque fama cum plerumque terrarum orbem latè impleffet, multorum desideria incendit, vt cuperèt, publi-

publicos ei honores, quos Cælitibus alijs solemus, decerni. Intercessere aliquamdiu nostri, vsque adeò, vt tabulas votiuas, & anathemata, ad eius sepulchrum à multis certatim aggesta, sæpenuerò sustulerint: donec Baronij, magni Cardinalis, suffragio adiuta populi religio, hanc Societatis modestiam expugnauit. Is die quodam, haud sine diuino (quod creditur) nutu, correptam IGNATII imaginem, ipse suis manibus de templi nostri pariete suspendit, populoque venerandam proposuit. Inde alij super alios ad sacros eius cineres ruere, & corporum animorumque opem non vani poscere; multique aucti acceptis beneficijs indidem abscedere. Excitata tunc ardentius eorum, quos memorauimus, desideria non continuerunt sese, quin deniq; ad Clemètem VIII. Pontificem maximum penetrarent, omnium ordinum consensu.

85. Præijt ab Hispanijs Imperatrix Maria, Caroli V. filia. Se-

cutus germanam Philippus II. & hunc III. vterque Hispani Reges. Tum deinde Margarita Hispaniarum Regina; quæ & Ferrariorum coram, & postmodò per litteras primam hanc principemque inire gratiam à Sede Apostolicâ magnis studijs flagitarat. Idem huius Reginae mater, Austriae princeps, ingentis animi ac pietatis heroina: idem Sigismundus III. Poloniae Rex, contentis precibus petiere. Post ubi Clementi successor datus est Paulus V. eadem postulata cum aliorum Principum, tum Henrici quoque Galliarum Regis, fuisse. In idem certamen pro IGNATIO venire clarissima Regna Castellæ & Aragoniæ: in idem Catalauni & Cantabri consenserunt. Nihilo minoribus studijs Toletanus, Hispalensis, Granatensis Antistites exarserunt: & secundum hos, qui Cæsaraugustæ, qui que Barcinone clauum Reipub. tenuerunt, numquam hoc postulaturi, ni IGNATII sanctitatem pro  
com-

com  
libu  
est,  
mo  
auct  
Pau  
exce  
gnat  
est,  
lãm  
tur.  
nan  
Rex  
ceps  
quid  
& si  
ti, h  
bus  
omr  
labo  
bus  
set;  
rum  
fore  
bus  
qua  
pura

comperto habuissent. Quibus talibus viris id concessum denique est, vt **IGNATIUS** anno millesimo sexcentesimo nono, **BEATVS**, auctoritate supremâ renuntiaretur. Paullum Pontificem **Gregorius** excepit XV. Enimuerò tum pugnatum votis omnium terrarum est, vt etiam inter **SANCTOS** palàm adscriptus, coli porrò iubere-  
 tur. Eminuit in hoc studio **Ferdinandus** Imperator, tum **Galliæ** Rex **Ludouicus**, & **Boicæ** Princeps **Maximilianus**. Quorum illi quidem, hanc **IGNATII** gloriam & sibi solatio, & Regnis suis salutis, hæresibus autem latè grassantibus exitio futuram esse: iste verò, omnis operæ, quam belli nauasset, laborumque & periculorum, quibus suum pro patriâ caput obiecis-  
 set; denique sumptuum ibi factorum, locuplerem remunerationem fore, prædicabant. Impulsus graui-  
 bus momentis Pontifex, postquam, dato negotio, Patres purpurati, ceteraque Curia, rem om-  
 nem

236 S. IGN. VITA. LIB. III.  
nem penſiculatè examinatum ap-  
probarunt, IGNATIVM LOIO-  
LAM in SANCTOS publicè retu-  
lit, die IV. Idus Martias, anno poſt  
partum Virginis M. DC. XXII.  
Extat eâ de re luculentum diplo-  
ma Urbani VIII. duodetriginta  
Cardinalibus ſubſcriptum. Secu-  
tus continuo plauſus, non Urbem  
magis, quàm terrarum omnium  
orbem, ad gratulandam hanc DEO  
Cælitibusque gloriam, excitavit.

L A V S D E O.



I N-